

## INSTITUTO DE TEOLOGIA PASTORAL DA RAINHA D. CATARINA

Publicámos no Tomo VII desta revista, em 1966, os Estatutos dados pela Rainha viúva D. Catarina, em 21 de Julho de 1572, ao Colégio ou Instituto que fundara em Lisboa, junto ao convento dominicano de S. Domingos, exactamente na capela de Nossa Senhora da Escada.

O cardeal-rei D. Henrique (1578-1580), justamente reputado «um dos mais activos e beneméritos promotores das letras em Portugal» <sup>(1)</sup>, como ainda recentemente mais uma vez o mostrou o Rev. Doutor Avelino Costa <sup>(2)</sup>, recebeu carinhosamente a herança legada pelo infausto D. Sebastião e procurou consolidar com a protecção pontifícia a fundação da cunhada, confirmada pelo sobrinho em carta de 21 de Dezembro de 1572.

Gregório XIII mandara sujeitar a exame diligente do cardeal Flávio Ursino, titular de Santa Prisca, os Estatutos e documentos anexos, dignando-se aprová-los e confirmá-los por autoridade apostólica.

Ao bispo de Leiria, D. Frei Gaspar do Casal, e duas dignidades do cabido de Lisboa, manda o Pontífice dar publicidade solene às letras apostólicas pelas quais a Santa Sé tomava o Instituto ou Colégio da Rainha D. Catarina sob a sua especial protecção.

---

(1) Francisco Rodrigues, *História da Companhia de Jesus na Assistência de Portugal*, Porto, 1938, tom. II, vol. I, p. 85.

(2) *Estatutos do Colégio da Purificação de Évora*, Coimbra, 1968, passim.

É este documento que damos hoje à estampa, como complemento da documentação por nós publicada em 1966. Devemo-lo à generosa amizade do Rev. Doutor Avelino de Jesus Costa, que o descobriu no Arquivo Distrital de Braga entre os documentos do Cabido, e que no-lo ofereceu gentilmente. Trata-se de uma cópia do século XVII, imperfeita e num que noutro ponto ilegível, se bem que não em pontos de importância, que prejudiquem o sentido geral do documento. Mais uma achega, ainda, para provar como o cardeal-rei de Portugal zelava e acarinhava as letras pátrias.

*PADRE ANTÓNIO BRÁSIO*

*C. S. Sp.*

*Confirmatio statutorum Reginae Catherinae super lectionibus institutis in monasterio Sancti Dominici Ulixbonensis*

Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cathedram militantis Ecclesiae meritis licet imparibus tenentes in terris ad ea per quae sacrarum disciplinarum studia ad christianae reipublicae ornamentum et communem utilitatem et salutem in singulis civitatibus presertim insignibus valeant propagari, libenter intendimus et his qui propterea provide facta et ordinata fuisse dicuntur ut firma perpetuo et illibata subsistant, libenter cum a nobis petitur apostolici muniminis adiicimus firmitatem.

Exponi siquidem nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Henricus Portugallie et Algarbiorum rex illustris, quod alias clarissimae memoriae Catherina Portugalliae et Algarbiorum regina illustris tunc in humanis agens et animo revolvens quantum ad Christi fidelium salutem conducat ut ipsi pro exercitio curae animarum suarum tales ministros et pastores nanciscantur qui in disciplinis [240 v.] ecclesiasticis ecclesiasticis presertim conscientiae casibus optime instructi per seipsos eorundem Christi fidelium confessiones exacte audire et illis alia sacramenta ecclesiastica digne administrare illorumque vim et usum pro sus-

cupientium captu explicare ac eos in lege Domini cum optimis disciplinis tum bonorum operum exemplo dirigere ceteraque pastoralia officia subire ac propterea cupiens profectui et commoditati sacerdotum et aliorum divinis ministeriis additorum qui paupertatis onere gravatis ceptum studiorum suorum cursum prosequi et de predictis edoceri commode nequeunt aliqua ratione consulere et charitatis accensa unum perpetuum redditum annum quingentorum et viginti millium regalium, centum mille videlicet pro domo Sancti Domini Ulixbonensis, ordinis fratrum praedicatorum, ea conditione quod pro tempore existens prior dictae domus duos lectores ad id in capitulo provinciali Portugallensi dicti ordinis per illius Provinciale[m] [241] et deffinitores pro tempore existentes ex eiusdem ordinis religionis huic muneri magis idoneis eligendos, quorum unus de mane cathechesim a concilio Tridentino prescriptam, alter vero vesperi Summam Caetanam seu Manuale Navarri per unam horam integram cuiuslibet diei singulis annis, videlicet a decima septima Septembris usque ad decimam sextam Julii, in ecclesia vel cappella Beatae Mariae de Schalla nuncupata prefati monasterii demptis certis diebus tunc expressis, legant et interpretentur pro pretio manutenere et onus administrationis infra scripta suscipere deberet. Reliquorum vero quadringentos et viginti millium regalium huiusmodi pro alendis et sustentandis in civitate Ulixbonensi triginta clericis auditoribus earundem lectionum ac alias sub certis modo et forma tunc expressis perpetuo concessit et assignavit ac prefatum priorem in administratorem Portugalliae vero et Algarbiorum regem pro tempore existentem in protectorem perpetuos huiusmodi pii operis etiam perpetuo constituit [241v.] et deputavit voluitque et mandavit in primis notabilem pecuniarum summam etiam tunc expressam in quadam capsula sub fideli custodia deponi ad effectum ut si aliquando recuperationem redditus annui huiusmodi ultra debitum tempus revocari contingat tali casu et non alias copecuniarum quantitas dumtaxat que domui et auditoribus predictis debita erit quanto eius inde extrahi et eis persolvi possit, ne defectu alicuius solutionis huiusmodi debite prius institutum aliquatenus intermittat et insuper pleraque ordinatione et statuta diversis capitulis distincta, tam super gubernio, administratione et dispensatione dicti redditus quam etate, vita, moribus, origine, habilitate et aliis qualitatibus, necnon tempore cursu studii dictorum auditorum ac affixione edictorum pro eorundem concursu habendo modoque et forma receptionis, admissionis et visitationis illorum, necnon assignatione congruae portio[n]is ad cuiuslibet ipsorum sustentationem oneribus-

que domui administratori [242], lectionibus et auditoribus predictis pro tempore incumbentibus ac mulctis et penis per negligentes seu contumaces incurrendis rebusque aliis ad huiusmodi pii instituti felicem directionem, conservationem et progressum pertinentibus fieri et in authenticam formam redigi iuravit eaque omnia successive per priorem et fratres dictae domus ac in concilio provinciali huiusmodi per provincialem et deffinitores predictos admissa, necnon a dilecto filio ipsius ordinis generali ac inclitae memoriae Sebastiano, Portugalliae et Algarbiorum rege illustri, tunc in humanis agente, tamquam protectore approbata et confirmata fuerunt, prout in diversis instrumentis et aliis documentis publicis desuper confectis plenius continetur.

Quare idem Henricus rex nobis humiliter supplicari fecit quatenus concessioni, assignacioni, constitutioni, deputationi, voluntati, mandato e statutis et ordinationibus huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adiacere ac alias in premissis [242v.] opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui litterarum studia nostris potissimum temporibus ubique vigere et incrementum suscipere intensis desideriis affectamus, ipsius Catherinae reginae pium institutum huiusmodi plurimum in Domino commendantes, necnon tenores instrumentorum et documentorum predictorum, que diligenter per dilectum filium nostrum Flavium Ursinum, tituli Sanctae Priscae, Romanae Ecclesiae presbiterum cardinalem, inspici et examinari fecimus, presentibus pro expressis et insertis habendis huiusmodi supplicationibus inclinati, concessionem, deputationem, voluntatem, mandatum, statuta et ordinationes et alia premissa et omnia et singula in instrumentis predictis contenta, necnon inde secuta quecumque licita tamen et honesta et sacris canonibus non contraria, ex certa scientia nostra [243] apostolica auctoritate, tenore presentium, approbamus et confirmamus ac illis perpetuae et inviolabilis firmitatis robur adiicimus omnesque et singulos iuris et facti ac solemnitatum et substancialium defectos si qui intervenerint in eisdem supplemus, decernentes illa omnia et singula valida et efficacia esse et perpetuo fore suosque plenarios et integros effectus sortiri debere, nec administratorem, lectores, auditores et fratres predictos omnesque et singulos alios ad quos id spectat et pertinet ac spectabit et pertinebit in futurum, ab eis ullo unquam tempore quovis pre-textu et ex quacumque causa quantumcunque legitima et veridica resilere posse, sed ad illorum omnium observationem et integram satisfactionem teneri et efficaciter obligatos existere ac fore ipsosque ad id poenis in

statutis et ordinationibus huiusmodi contentis ac etiam censuris ecclesiasticis aliisque iuris et facti remediis opportunis cogi et compelli posse secque per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores [243v.] sublata eis et coram cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et definiri debere irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari districtius inhebet (!) priori, administratori, lectoribus et alijs quibusvis personis, in virtute sanctae obedientiae ac sub excommunicationis pena latae sententiae, eo ipso quoties contraventum fuerit incumbenda, ne ex pecuniis in dicta capsula pro tempore depositis quantumque illarum minimam partem sub quovis pretextu quantumvis pii preter et contra formam in eisdem statutis facere seu permittere audeant vel presumant et nihilominus ipsis sub eisdem poenis precipientes ut si forte aliquid ex dictis pecuniis depositis ad alium quam prescriptum usum acceptum et [244] detractum hactenus fuerit, illud infra triginta dies a die insinuationis presentium computandos, in dictam capsulam reponant seu reponi curent.

Quocirca venerabili fratri episcopo Leiriensi et dilectis filiis decano et cantori in ecclesia Ulixbonensi, per presentes mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel per alium seu alios, presentes litteras et in eis contenta quecumque ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte protectoris, administratoris, lectorum, auditorum, fratrum et aliorum predictorum seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes ac ipsis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra concessionem, assignationem, constitutionem, deputationem, voluntatem, mandatum, statuta et ordinationes ac omnia et singula in instrumentis et documentis huiusmodi contenta, iuxta illorum omnium tenorem et formam ab omnibus ad quos spectat et spectabit, quomodolibet in futurum inviolabiliter [244v.] ipsosque protectorem, administratorem, auditores, fratres et alios predictos illis pacifique frui et gaudere non permittentes, eos vel aliquem ipsorum desuper per quoscumque quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet ac rebelles per predictas et alias penas coram arbitrio infligendas ac etiam censuras ecclesiasticas ceteraque iuris et facti remedia opportuna applicare postposita, necnon legitimis super his habendis servatis processibus penas et censuras ipsas et iteratis vicibus aggravando, invocato et ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae VIII, predecessoris nostri de una et in

consilio generali de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur aliisque apostolicis constitutionibus et domus et ordinis predictorum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis [245] illis eorumque superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriam derogatoriis allisque efficacioribus et insolitis clausulis irritantibus et aliis decretis in genere vel specie, etiam ad imperatoris, regum, reginarum, ducum vel aliorum principum instantiam seu etiam motu proprio et ex scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine etiam consistoriali, vel alias quomodolibet concessis etiam iteratis vicibus approbatis et innovatis et mare magno et bulla aurea nuncupatis (!), quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quavis alia expressio habenda aut aliqua forma alia exquisita ad hoc servanda esset tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis et forma in illis adita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter et expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si [245v.] aliquibus comuniter vel divisim ab apostolica Sancta Sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VI Junii 1579. Pontificatus Nostri anno octavo.

*Cae. Glorierius*

ARQUIVO DISTRITAL DE BRAGA, Ms. sem cota, cópias dos séculos XVI e XVII do Cartório do Cabido, doc. n.º 49.

#### ERRATUM

No nosso estudo *Instituto de Teologia Pastoral da Rainha D. Catarina*, quando da paginação deslocaram-se duas linhas, o que prejudica o sentido. As linhas 26 e 27 da página 154 devem descer para o fundo da mesma página, antes da nota.